

fus²⁵ Arnesburgensis abbas, tertius erat frater Rudolfus²⁶ de ordine fratrum minorum. Quia miles Christi Conradus pervenit ad triumphum, ideo secure laudabant eius virtutem. Tandem hi tres tamquam ex uno ore hoc verbum fide et laude dignum conclusive intulerunt dicentes: „Vere hic homo dei Conradus verus Israelita fuit, qui cum domino more Moysis familiaria saepius habere meruit colloquia.“ Horum trium testium assertio mentes fidelium dubitare non permittit et ambiguitati nullum vestigium reliquit. Isti enim in vita sua tales fuerunt, ut virtutes actusque eorum testimonia efficiant credibilia, et qui vitam beati Conradi ex confessione et familiari colloquutione medullitus cognoverunt. Testimonium autem, quod de ipso specialiter perhibuit abbas Henricus predictus, audientium devotio praecipue memoriae commendet. Cum ipse Henricus iamiam in procinctu mortis constitutus esset, fratribus suis tunc eum circumstantibus sic ait: „Fratres mei dilecti, spero per misericordiam dei, quod cursum huius mortalis vitae sine mortalis peccati contagione consummaverim. Unum tamen est, pro quo me a domino argui timeo et iudicis iram expavesco. Revera duntaxat illud primum et maximum est, quod virtutes beati Conradi mihi velut conscientiae eius moderatori optime notas neque scripto mandavi neque sermone publicavi.“

Cap. 39 [Revelatio cuiusdam puellae de meritis beati Conradi]

Fuit quoque olim in partibus Brabantiae in civitate, quae Ad sanctum Trudonem²⁷ dicitur, puella quaedam religiosa nomine Elisabeth²⁸, virgo utique admirandae sanctitatis et angelicam vitam ducens in terris. In membris virginei corporis sui gestabat vernantes rosulas sacrorum Christi stigmatum et ros sancti spiritus stillabat per os eius propheti-

25) Richolf, zuvor cellerarius, ist als Abt des Zisterzienserklusters Arnsburg (südöstlich von Gießen) sonst nicht bezeugt. Er muß nach den Eckdaten seines Vorgängers und Nachfolgers zwischen 1269 Juni 29/Juli 6 und Juni 1273 amtiert haben. Vgl. UB des Klosters Arnsburg in der Wetterau, hg. von Ludwig BAUR (1851) Nrr. 123, 139. Richolfs Identifizierung mit dem gleichnamigen Abt von Eberbach durch DE GAIFFIER, *La vie* (wie S. 16 Anm. 2) S. 79 Anm. 3 kann nicht stimmen, da der Eberbacher erst zwischen 1271 Juni 17 und 1273 April 14, also nach Konrads Tod, Abt geworden ist. Vgl. UB der Abtei Eberbach im Rheingau, hg. von Karl ROSSEL, 2/1 (1865) Nrr. 419, 426.

26) Ein Marburger Franziskaner gleichen Namens wird 1247 als Zeuge in einer Urkunde des Klosters Haina genannt (UB Haina 1 [wie S. 20 Anm. 20] Nr. 165).

27) Sint-Truiden (Saint-Trond) nordwestlich von Lüttich.

28) Elisabeth von Spalbeek, Stigmatisierte und Nonne im Zisterzienserkluster Herkenrode bei Hasselt, 1247/50 – nach 1304 (1316 ?). Vgl. DHGE 15 (1963) Sp. 224f.; *Monasticon* Belge 6 (1976) S. 137, 141; *LexMA* 3 (1986) Sp. 1843.